



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Hvgoni Canonico Thebano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

quæ in presentiarum rationabiliter possides, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ protectionis &c. usque incursum. Datum Laterani x. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno undecimo.

**HVGONI CANONICO**  
*Thebano.*

**C**Vm à nobis petitur &c. usque effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem Ecclesiam de Kalenda, sicut eam iustè possides & quietè, auctoritate tibi apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. protectionis & confirmationis &c. usque in finem. Datum ut in alia.

**ROBERTO DE SVCIACO**  
*Canonico Atheniensi.*

**C**Vm à nobis petitur &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem præbendam quàm in Atheniensi Ecclesia es canonicè asssecutus &c. ut in alia usque in finem. Datum ut supra.

**MAGISTRO GVILLELMO**  
*Canonico Thebano.*

**C**Vm à nobis petitur &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem Ecclesiam sancti Iohannis de Araquio, sicut eam iustè possides & quietè &c. usque in finem. Datum ut in prima.

**HVGONI CANONICO**  
*Thebano.*

**C**Vm à nobis petitur &c. ut in alia usque suscipimus, specialiter autem præbendam quam in Thebana Ecclesia es canonicè asssecutus, sicut eam iustè possides &c. ut in alia usque in finem. Datum Laterani &c. ut supra.

**MAGISTRO RANDVLPHO**  
*Decano Davaliensi.*

**C**Vm à nobis petitur &c. usque effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili &c. usque suscipimus, specialiter autem decanatum Davaliensis Ecclesie, sicut illum iustè possides & quietè, auctoritate tibi apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostræ protectionis & confirm. &c. usque in finem. Datum ut supra.

**ARCHIEPISCOPO LARISSENO,**  
*& dilectis filiis Ciriensi & Nazorensi electis.*

**A**D nostram noveritis audientiam pervenisse quòd venerabilis frater noster Atheniensis Archiepiscopus, timore ductus, nobili viro Ottoni de Rocca Domino Athenarum, qui uxoratus est, quendam personatum Atheniensis Ecclesie, qui Theauraria vulgarter appellatur, conferre præsumpsit in enormem ipsius Ecclesie læsionem. Volentes igitur indemnitati eiusdem Ecclesie paterna sollicitudine providere, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus inquisita super præmissis diligentius veritate, quod per dictum Archiepiscopum super hoc in præjudicium ipsius Ecclesie inveneritis attentatum, sublato appellationis obstaculo in statum debitum revocetis. Nullis litteris veritati & iustitiae &c. Quòd si non omnes &c. tu ea, frater Archiepiscope, cum eorum altero &c. Datum Laterani x. Kalendas Februarij, pontificatus nostri anno undecimo.

*Epist. 244. Scribitur eis pro Archiepiscopo Atheniensis.*

**NOBILIBVS VIRIS BALMO**  
*Thessalonicensi Comestabulo, Ottoni de Rocca Domino Athenarum, .. Marchioni, .. Domino Nigripontis, T. de Ostremancout, & aliis Principibus Romanie.*

**Q**Vanto personas vestras sinceriori diligimus in Domino caritate, tanto majori dolore turbamur eum ea nobis de vestris actibus referuntur quæ famam vestram obnubilant apud homines & conscientiam maculant apud Deum. Cùm igitur, sicut venerabiles fratres nostri Atheniensis Archiepiscopus, Episcopus \* Fer- \* Thermopyl. mopilenis, & dilectus filius Nazorensis electus in nostra presentia constituti pro se ac aliis Ecclesiarum Romanie Prælati nostris auribus intimarunt, Ecclesias & abbatias, personatus & redditus detineatis ecclesiasticos in salutis vestræ dispendium occupatos, devotionem vestram rogamus attentius & monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus prædicta omnia Ecclesiis quibus debentur liberaliter resignantes, decimas eis integrè persolvatis, facientes subditos vestros, Græcos videlicet & Latinos, Prælati suis obedientiam & reverentiam exhibere. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Thessalonicensi & Larisensi Archiepiscopis & Episcopo Davaliensi nostris damus litteris in mandatis ut vos ad id monitione præ-

*Epist. 245. De decimis solvendis.*